Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen

Boysen, Friedrich Eberhard

Quedlinburg, 1766

§. XLIX

urn:nbn:de:bsz:31-263854

Visual Library

Sub lit. ג.

§. XLVII.

P. 161. גָּדַד Hæc radix voci גְּדִי præmittenda est in Hebraismo extra usum; ejus autem notionem non ex arabico גَدَأَ *avulsit* deduco, sed ex arabico عَدَا vel عَدِيَ *nutrivit, aluit*, unde Arabibus عَدِيٌّ *gadi fœtus ovis*, vel *capræ* est, quod hebraice est גְּדִי Gen. XXXVIII, 17. 20. 23. Exod. XXIII, 19. per motionem גְּדָיָה significat *capram*, sicut illud *caprum*. Quatenus autem גְּדָה *ripa*, ab eo derivatur, refero huc arabicum عَرَا *abrupit* fluxum, quia ripa *rumpit* fluxum fluvii, גאר transpos. secunda et tertia radicalibus, *copiose rigavit*, quia ripa copiose humore aquæ rigatur.

§. XLVIII.

P. 164. גָּדַף Apud Arabes radix جَدَبَ est *vi superavit*, جَدَفَ autem *amputavit*, in Conjug. II. *parvi æstimavit beneficia divina in se collata*, ut hebr. גָּדַף, apud Aethiopes autem גַּדַּפ est *abjecit*, ut *contemtum* quid, ob *vitium* vel *mendum quoddam*. Vnde radicis nostræ fœcundior significatio adparet. Hinc גְּדוּפָה *vitii incusatio, exprobratio* Es. XLIII, 28. LI, 7. et גְּדוּפָה idem, Ezech. V, 15.

§. XLIX.

P. 182. גָּמַם Radix inusitata, cujus significationem pandit arabicum vel جَمَّ *multus fuit*, *abun-*

abundavit, *plenus* et *completus fuit*, *valde appetiit rem;* vel קָמַם *avide devoravit*, vel עָמַם *anxit fervore.* Vnde 1. גַּם proprie *additio* ad rem ut *multa* fiat, vel *compleatur*, quod in oratione fit, quando per particulam copulativam, *et*, *etiam*, *quoque*, plura ad rem, de qua dicitur, adduntur, ut ea fiat plenior. Interdum verti poteſt repetitum per *tamquam*, habetque vim *ἀυξήσεως*, et *ἐπανορθώσεως*. Cæterum ſubſtantive ſumitur Prov. XIX, 21. cujus ſenſum ita formo: *abundantia*, *multitudo*, *copia ſine cognitione animæ non eſt bona;* ubi per *cognitionem animæ*, intelligo *prudentiam* ſtilo metrico ita adpellatam. 2. מְגֻמָּה *vehemens* et *anxia adpetitio*, in rem adpetitam lata ac tendens, quaſi accenſa *euro*. Hab. 1, 9. quod verti poteſt: *vehemens adpetitio eorum*, vel *antrorſum*, vel *euro accenſa*, i. e. *fervida* erit.